



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Concilium Auraicensē, alias Arausicum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Concilium Regiense.

D III. ¶ Ut presbyteri priuatim fidelibus desiderantibus benedicant, & interminatas has discussiones vistum in definitas orationes presbytero per familias, per agros, per priuatas domos, per desiderio fidelium facultatem benedictionis aperire, quod nonnullas iam paucinas habere occurrit, huic autem etiam in Ecclesiaturam plebibus per loca tamen magis quam per urbes hoc vistum est esse tribuendum. In Ecclesia quoque qua ordinatus fuerit consecrandi virginem, sicut confirmandi Neophyton ius habebit, & per omnia ut sit multae indulgentiae testimonium semper se inferiorem epo, superiore pbrio agat, mandatis votisque omnium sanctorum per se existimatis viuat in timore domini, & episcopum suum colat, deo seruat, synodi circa se benevolentiae gratias agat, semperque indignum se induxit negatis, & imparem esse fateatur.

E V. ¶ In communione autem omnes qui conuenerant sacerdotes sibi metiis contra huiusmodi scandala praecauendum censuerunt. Itaque propter eiusmodi temeritatem stabili definitione consultum est, ut de cetero obseruaretur, ne quis ad eam Ecclesiam quae episcopum peditisset, nisi vicina Ecclesiarum episcopus exequiarum tempore accederet, qui tamen statim Ecclesie ipsius curam distillissime gereret, ne quid ante ordinationem discordantium in novitatibus Clericorum subuersioni liceret. Itaque cum tale aliquid accidit, vicinis vicinaz ecclesiaz inspectio, descriptio, recensio per rerum mandatur.

F VI. ¶ Haec autem omnia exequiaz tempore usque ad septimam desunctioni agat diem, exinde Ecclesiae referens mandatum metropolitani simul cum omnibus sanctis episcopis sepeliantur, ne quisquam ad Ecclesiam quae summum amiserat sacerdotem nisi metropolitani literis invitatus (ne a plebe decipiatur) accedat, & vim pati voluisse videatur. Ego Hylarius episcopus iuxta id quod vniuersis sanctis episcopis meis, qui mecum subscripterunt, placuit statuta patrum his definitionibus subscripti sub die. XVI. Calendas Decembris, Theodosio Augusto. VII. Festo. IIII. consulibus Ego Seuerianus episcopus huic definitioni interfui, & subscripti die consulibus suprascriptis. Ego Audentius episcopus statutis interfui, die consulibus suprascriptis. Ego Iulius episcopus statutis interfui, & subscripti die consulibus suprascriptis. Ego Achadius episcopus his definitionibus interfui, & subscripti die consulibus suprascriptis. Ego Auspicius episcopus his definitionibus interfui, & subscripti die consulibus suprascriptis. Ego Seuerinus episcopus his definitionibus interfui, & subscripti. Ego Valerius episcopus his definitionibus interfui, & subscripti. Ego Neuterius episcopus his definitionibus interfui, & subscripti. Ego Asclepius episcopus his definitionibus interfui, & subscripti. Ego Theodorus episcopus his definitionibus interfui, & subscripti. Ego Vincensius presbyter episcopus Constantiniani ab eodem ordinatus interfui vice ipsius & subscripti.

Incipit capitula Hurtaicensis concilij

- | | |
|--|---|
| ¶ Ut nullus minister sine chrysimate proficiatur. | ¶ Ut energumini ad clerum non promoueat. |
| ¶ De haereticis si in mortis discrimine convertantur. | ¶ Ut in unum propositio sacramenti consecretur. |
| ¶ De penitentibus qui de corpore exeunt. | ¶ Ut euangelia cathecumini non audiantur. |
| ¶ De clericis penitentiam voluntibus. | ¶ Ut cathecumini ad baptisteria non accedant. |
| ¶ De his qui ad Ecclesiam confugiunt, ne tradantur. | ¶ Ut cathecumini cum fidelibus benedictionem non accipient. |
| ¶ Nullus pro suis mancipiis qui ad ecclesiam confugiunt clericorum mancipia occupet. | ¶ Ut duo episcopi episcopum non faciant. |
| ¶ De libertis qui in Ecclesia commedati sunt ne opprimantur. | ¶ Ut clerici conjugati, nisi continentiam profiteantur, diaconi non fiant. |
| ¶ De his quae clericis alienum ordinare presumunt. | ¶ De his qui post acceptum diaconatum continentibus inueniuntur. |
| ¶ De his qui ciues alienos ordinauerint. | ¶ De his qui priusquam ordinarentur, continentibus inuenientur. |
| ¶ De Episcopis qui in possessione, & in aliena dioecesi basilicam construxerunt. | ¶ De viris probatis si conjugia duplicauerint. |
| ¶ De episcopis qui excommunicatum alterius suscipiunt. | ¶ De diaconis non ordinandis. |
| ¶ De his qui subito obmutescunt, quod & baptizatum & penitentiam accipere possunt. | ¶ De sceminiis quae viduitatem professae sunt coram Episcopo. |
| ¶ De his qui mente despiciunt. | ¶ De his qui professi sunt castitatem, si praevaricati fuerint. |
| ¶ De inerguminis baptizatis. | ¶ Ut nullus episcopus de Concilio sine consensu discedat, aut ad Concilium ire recusat. |

¶ Incipit

Concilium Floraicense.

Fo. XCIII.

Incipit concilium Floraicense tempore Theodo filii iunioris & Cyri consulum VI. Idus Nouemb. in ecclesia Iustinianensi.

VII. **N**illas ministrorum qui baptizandi recipit officium sine chrismate usquā de A
bet progreedi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari, de eo au
tem qui baptismate quacunq; necessitate faciente non chrismatus fuerit, in
confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipius
non nisi una benedictio est, ut non præjudicantis quicq; dico, sed ut necessa
ria habeatur rechristatio.

II. ¶ Hæreticos in mortis discriminis positos si catholici esse desideret, si desit episcopus, B
presbyteris cum chrismate & benedictione confignare placet.

III. ¶ Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus C
impositione eis communicare, quod morientis sufficit consolacioni secundum definitio
nes patrum, qui huiusmodi communionem congruerter viaticum nominauerunt, quod
si superuixerint stent in ordine pœnitentium, ut ostensis necessariis pœnitentiae fructibus
legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipient, D

III. ¶ Pœnitentiam desiderantibus clericis non negandam.

V. ¶ Eos qui ad ecclesiam fugerint tradi non oportere, sed loci sancti reverentia & in- E
tercessione defendi.

VI. ¶ Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipijs ad ecclesiam configuenti- F
bus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima a damnatione feriatur.

VII. ¶ In ecclesia manumissos & per testamentum ecclesie commendatos, si quis in ser G
uitutem, vel obsequium, vel ad Coloniaram conditionem imprimere tetauerit, animad
uersione ecclesiastica coercedebit,

VIII. ¶ Si quis alibi consistetē clericum ordinandum putauerit, prius definiat ut cum H
ipso habitet, nec eum sine consultatione eius episcopi cum quo ante habitauit ordinare p
sumat quia non sine causa diu ab alio non ordinatus remansit.

IX. ¶ Si qui autem alienos ciues aut alibi cōsistentes ordinauerint, ne inordinati in vlo I
accusentur, aut ad se eos reuocent, aut ipsi eis imperent cum quibus habitent.

X. Si quis episcoporum in aliena ciuitatis territorio ecclesiam ædificare disponit, vel K
pro fundi sui negocio, aut ecclesiastica utilitate vel pro quacunq; sua opportunitate permis
sa licentia ædificandi (quia prohibere hoc nefas est) non præsumat dedicationem, quæ illi
omnimode referuatur in cuius territorio ecclesia assurgit, reseruata vero ædificatori epis
copo hac gratia, ut quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet, his ciuitatis in cu
ius territorium est, velsi ordinati iam sunt ipsi habere acquiescat. Et omnis ecclesie ipsius
gubernatio ad eum (in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexerit) pertinebit, quod si etiā
secularium quicunq; ædificauerint ecclesiam & alium magis quam eum, in cuius territo
rio ædificat inuitandum putauerit, tam ipse cui contra constitutionem ac disciplinam gra
tificari vult, quam omnes episcopi qui ad huiusmodi dedicationem inuitantur à conuen
tu abstinebūt, si quis excederit, in reatum deuocabitur, si quis excederit ordinē recognos
cat canonicum.

XI. ¶ Placuit in reatum venire episcopum, qui admonitus excommunicatione cuiusq; L
fine reconciliatione eius qui eum excommunicauit ei communicare præsumperit, ut in
tegra omnia (si reconciliatio intercesserit) de iniustitia vel iniquitate excommunicationis
proximæ synodo referuentur.

XII. ¶ Subito obmutescēs prout statutum est baptizari, aut pœnitentiam accipere po M
test, si voluntatis præterite testimoniūm aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu.

XIII. ¶ Amētibus quæcunq; sunt pietatis, conferenda. N

XIII. ¶ In erguminis baptizatis si de purgatione sua current, & se sollicitudini clero O
rum tradant, monitisq; obtemperēt, omnimode communicent sacramenti ipsius virtute
vel muniendi ab incursu dæmonum quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostendi
tur vita purgatior.

XV. ¶ In quantum vel necessitas exegerit, vel opportunitas præmisserit, de baptisma- P
te consulendum.

XVI. In erguminis non solum non assumendi sunt ad ullum ordinem clericatus, sed & Q
illi qui ordinati sunt ab imposito officio sunt repellendi.

XVII. ¶ Ad mixtionem Eucharistie simul consecrandam censuimus. R

¶ Placuit

Concilium Fluraicense

- S XVIII ¶ Placuit cathecumini non legi Euangeliū in Ecclesia.
- T XIX ¶ Cathecumini nonnunquam admittendi sunt, etiam inter domesticas orationes.
- V XX ¶ Segregandi informandiq; sunt cathecumini, vt si reuocent & signandos vel be-
nedicendos semotim offerant eos fideles.
- X XXI ¶ Duo si præsumserint ordinare Episcopum in vestris Prouincijs placuit de præ-
sumptoribus, vt sicuti contigerit duos epos in uitum ep̄m facere authoribus damnatis, vni-
us Ecclesiæ eorum ip̄e qui passus est, substituatur, si tamen vita respondet, & alter in alterius
deiecti loco nihilominus ordinatur, si voluntarium duo fecerint, & ip̄e damnabitur, quo cau-
tus ea qua sunt antiquitus instituta seruentur.
- Y XXII ¶ Sedit præterea vt deinceps nō ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius con-
uersio[n]is proposito confessi fuerint castitatem.
- Z XXIII ¶ Si quis autem post acceptam benedictionem leuiticam cum vxore sua inconti-
nens inuenitur ab officio abiiciatur.
- A XXIV ¶ De his autem qui priusquam ordinati fuerint in hoc ipsum inciderint Taurinatis
synodi sequendam esse sententiam qua iubentur non vltierius promoueri.
- B XXV ¶ De idoneis autem probatisq; viris, & clericatui alligatis ip̄a vita gratia ita gerit, si
forte inciderint in duplicita matrimonii, vt non vltra subdiaconatum vel Ecclesiasticas ca-
picias.
- C XXVI ¶ Diaconi omni modo non ordinandæ, si quæ iam sunt be- (pianæ dignitates)
nedictioni quæ populo impenditur, capita submittant.
- D XXVII ¶ Ut viduatus seruandæ professione coram episcopo in secretario habita imposi-
tam à presbytero vestem vidualem non esse violandam. Eius vero repudiatores, vel ipsam
talis professionis desertricem merito esse damnandam.
- E XXVIII ¶ Hi vero qui sunt desertores professiæ castitatis præuaricatores habendi, & omni-
bus per pœnitentiam legitimam consulendum.
- F XXIX ¶ Hæc quæ subscriptimus cum eorum quoq; concordia qui consensu dederunt ra-
ta deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, & habenda sancimus, non prætereunte eos
qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sublegatos destinante adesse de-
tractant, vt quid sibi de illis placeat, qui patrum statuta despiciunt, innoscant, non quod no-
bis temporum qualitate difficile sit ad sanctam synodus conuenire, adjacentes quod si simi-
libus deinceps Paganis pro salubritate Ecclesiastica ac remedijs congregare conuētus volue-
rimus, constituamus, vt nullus conuentus sine alterius conuentus denuntiatione soluat. Itaq;
sequenti anno si domino deo nostro Iesu Christo permittente conceditur die decimoquinto
Calendas Nouembrii in Aurasio territorio conuentum habeamus, qui ideo tanto prius ante
denuntiatur, vt tam excusationis libertas quam invitationis necessitas non sit. De die enim ac
loco per ipsos nos commonebimur, singuli nobis cum exemplaribus & ea quæ per nos sunt
constituta referentes aliquos qui defuerunt beatissimi fratres nostri Hylarij solicitudini relin-
quamus, datis ad ipsos exemplaribus commonendos. Si post omnia occurrerit imbecillitas
fragilitatis humanae, vt si quis episcopus per infirmitatem debilitatemve aliquam aut hebetu-
dinē sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea quæ non nisi per episcopos geruntur, non
sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed episcopum in hoc quod in Ecclesia agen-
dum fuerit, imponat: Ego Hylarius episcopus subscripti, Ego Claudius episcopus subscripti,
Ego Constantinus episcopus subscripti, Ego Audentius episcopus subscripti, Ego Egescius
episcopus subscripti, Ego Iulianus episcopus subscripti, Ego Aufitius episcopus subscripti,
Ego Maximus episcopus subscripti, Ego Theuderius episcop⁹ subscripti, Ego Eucherius epa-
scopus subscripti, sanctorum sacerdotum comprouincialium meorum, qui superius sunt me-
morati expectantes assensum Nectarius subscripti, Justus episcopus subscripti, Augustalis eps
subscripti, Ingenius episcopus subscripti, Salonius episcopus subscripti, Ego superuentor ppa-
tre meo episcopo Claudio subscripti & recognoui.

Incipiunt capitula concilij Valensis.

- ¶ Vr gallicani epi in gallijs non discutiant 1 excommunicentur 4
¶ De pœnitentibus subito mortuis vt obla- 2 ¶ Vt qui sententia episcopi sui non acquiescit
tiones eorum recipientur 3 recurrat ad synodum 5
¶ Vt alterius episcopi chryisma nullus accipi 4 ¶ Vt excommunicatus humiliet semetipsum
at, sed tantummodo proprij 5 vt festinus reconcilietur 6
¶ Vt qui oblationes defunctorum retinent, 6 ¶ Vt accusatores de leuibus causis non audi-
antur